Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mea totus legis plenissime designari. Inuul
tu enim eius sermo legis. Iumenta opera designant;
quia ergo ex operibus legis nullus erit iustificen
dus. nec aliquem ad perfectum adducere poterit
lex. idcirco manus moysi leprosa fit. & insi
nuat reconditum tamquam nihil perfecti operis habituae.
Facies uero eius glorificatae. sed uelamine tegit.
quia sermo eius habet scientiae gloriam sed occultam.
Vnde & prophetae dicit; nisi audieritis. occulta
plorabit anima uestra; Et dauid dicit; Incerta
& occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.
In lege ergo moyses solem faciem habet glorificatam. ne
que eminentius eius habent gloriam Immo potius &
contumeliam. sed neque pedes. denique soluere
iubetur calceamentum suum; sic nullae gloriae erit
Impedibus eius. licet & hoc fieret. non sine aliquius
formae mysterii. Nouissimae enim quae per ho
minis pedes sunt. Ostendebat ergo quod in no
uissimis temporibus soluere & moyses calceamen
tum suum ut alius acciperet sponsam. & illa
uocaretur do mus discalceati usque in hodier
num diem. Nihil ergo aliud in lege gloriosum
habet moyses nisi solem faciem. In euangelius
autem totus glorificatur ex integro. Audienim